









Collectio Programmatum Frei-  
bergensium M. Joh. Gottlieb  
Sidermanni.

1747. 1) de montibus Musarum domi-  
ciliis.  
— " 2) de mutuis familiarum elector.  
Sax. et Bavariae connubiosis.  
— " 3) omen in noniine Georg. Sam.  
Afferi Consul. Freyberg.  
— " 4) ratio laborum Scholasticorum  
in Gymnasio Freybergensi ad  
huc suscepitorum.
1748. 5) Meletematum philolog. fascic. II.  
— " 6) de templis Concordiae et Pacis  
— " 7) de Trenarchis  
— " 8) cur homines montani passim  
male audiant.  
— " 9) de latinitate Maccaronica

1748. 10) *Cur multi melius scribant  
quam loquantur et contra*  
—. 11) *de Josephis*  
—. 12) *de veterum poralis grammaticis*  
— " 13) *de meritis domus Saxonice in  
pacem Westphalicam*  
1749. 14) *de lapidum aetü diuino ex an-  
tiquitate.*  
— " 15) *quid velit et possit rerum con-  
cordia discors ex Horat. L. 1.  
Ep. XII. 19.*  
— " 16) *Acta semestria scholastica*  
— " 17) *Meletemat. philolog. Fasc. III.*  
— " 18) *de vita musica ad Plauti  
Mostell. Act. III. Sc. II. 40.*  
— " 19) *de Diis mensalibus.*  
— " 20) *de Animalium studio immane  
loquendi ex Ovid. Metamorph  
V. 678.*

1749. 21.) de summo bono ex Sententia Salomonis Coher. v. 8.  
— " 22.) de nummis Freybergenibus.  
1750. 23.) de vocum hebraicarum significatione morali.  
— " 24.) de eruditis male habitis.  
— " 25.) de Aesculano fodinarum metallicarum Deo.  
— " 26.) Meletemat. philolog. fasc. IV.  
— " 27.) de Iffelasticis.  
— " 28.) de virga medica ad Stat. Shebaid. II. II.  
— " 29.) de nudis et sine montefonis.  
— " 30.) de fortuna primigenia.  
— " 31.) devixit S. I. vorosqua ex Epist. Iudea v. 12.  
— " 32.) de coronatis puerperarum adibus

1751. 33. de Sanctis Acephalis.  
— 34. de iis qui ex ordine sacro  
in Scholasticum transferunt  
— 35. De nominum religione  
— 36. De Anastasi Dea noua et  
peregrina Actor. XVII. 18.  
— " 37. Comment. I. memoriae discipu-  
lorum extraneorum in Schola  
Freibergensi versatorum  
— " 38. de aere seminato.  
— " 39. Comment. II. memoriae disci-  
pulorum extraneorum in  
Schola Freibergensi versatorum.  
— " 40. finis Giordanissa dux fulguris.  
— 41. de spe Fideorum desperata  
— 42. que sit injuria felix ex Clau-  
dian. in IV. Consulat. Honor.  
v. 612. ff.

1752. 43. de montibus ardentibus  
iisqz bibliis
- " 44. Commentatio III. memoriae  
discipulorum extraneorum  
in Schola Freibergensi ver-  
satorum.
- " 45. de mendis librorum et nomi-  
natim Bibliorum hebraicorum  
diligentius cauendis
- " 46. de fabulosa de VII. dormien-  
tibus historia.
- " 47. de sacris mensis Augusti
- " 48. de Halgeonii senectutis ad-  
mirandis.
- " 49. de arte obliuiscendi
1753. 50. de sacris nefandis Ethnorum
- " 51. Commentat. IV. memoriae

discipulorum extraneorum in  
Schola Freibergensi versator.

1753. 52. bonum nomen Sal. Frid. Sey  
fridi Consul Freiberg.

— " 53. I. Abhandl. von Evangelizieru.

— " 54. de reliquiis eruditiorum.

— " 55. II. Abhandl. von Evangelizieru.

— " 56. Comment. V. memoria discipu-  
lorum extraneor. in Schola  
Freyberg. versator.

1754. 57. III. Abhandl. von Evangelizieru.

— " 58. de Eusebianis

— " 59. Comment. VI. memoria discipul.  
extraneorum in Schola Freiberg  
versator.

— " 60. de memoria mea quae uerbo  
h.e. de sorte sua hanc conten-  
tis Epist. Iud. v. 16.

1754. b1. de Summo Deo.  
— " 62. IV. Abhandl. von Erzgiesszau.  
1755. b3. Specimen nominum Deo sp  
gwo.  
— . 64. Coment. VII. memoriae discipu-  
lorum extraneorum in Schola  
Freibergensi versatorum.  
— . 65. de characteribus corpori im-  
pressis  
— " 66. prog. II. de eadem materia.  
— " 67. de Caenotaphiis  
— " 68. Coment. VIII. memoriae disci-  
pulorum extraneor. in Scho-  
la Freibergensi versatorum.  
— " 69. Von den fñrma des waisen Adels  
Osnab.  
— " 70. Von den öffnlichen Landesvölkern.  
Religion und Vorsichtshandlung.

1756. 71. de Iuninalibus sub auctoritate  
um novi anni.
- 72. de officio Praeceptorum et  
discipulorum Malach. 11.12.
- " 73. 1. In Haaghsen von galafden  
Iwajburgau.
- " 74. Comment. ix memoriae discipu-  
lorum extraneorum in Scho-  
la Freiberg. versatorum.
- " 75. V. Abbauw, novi Evangelizator.
1757. " 76. de Luca veterum Dea particu-  
lari
- " 77. examen vernale ex Genes.  
xxx. 41. 42.
- " 78. de audacibus dithyrambis
- " 79. de diis dormientibus.
1758. 80. quomodo solemur fatis  
contraria fata.

MVTVA

SERENISS. FAMIL. ELECTORAL.

SAXONICAE ET BAVARICAE

CONNVBIA

ANNO MDCCXXXVII.

DRESDAE ET MONACHII

AVSPICATO PERACTA

PIETATE ATQVE OBSEQVIO

PROSEQVNTVR

MVSAE FREIBERGENSES.

INTERPRETE

M. IO. GOTTLIEB BIDERMANNO.

---

CHEMNICII,  
LITTERIS STOESSELIANIS.

II.

MULTA  
CINNASTHMATICAE  
SYNOVIAE - BAVARICAE  
CONIAPPA  
VANUS MECOMIA  
SERPENTIS ET MONACHII  
ACUTISSIMO TITRICO  
TETRAS - TETRA - GERMICO  
MUSICA TERRIBILIS  
INTONATA

MR. GOTTHES DILEXIMANNO

---

CHIEMINGE  
LITTALES STORIETINARI

II



Inter Saxones & Bauaros iam longis abhinc temporibus insignis quaedam similitudo intercessit. Namque vtraque natio ab ultima aetate regibus paruit. Vtramque Franci Germaniam peruagantes, regibus priuarunt. Vtramque postea duces, nunc electores, obtinent. Ad vtriusque Electores, sede Imperatoris vacante, munus Vicarii defertur. Ex vtriusque gentis principibus heroes gloria rerum domi et foris paeclare geltarum conspicui exsplenduerunt. Imo, ex vtraque familia Romanum Imperium dignissimos habuit Imperatores. De qua harum nationum conuenientia quemadmodum iam sua aetate PETRVS ALBINVS (a) disputat: ita mirificam vim eandem habuisse, ad animos vtriusque populi idemtidem coniungendos, non est, quod miremur. Licit enim priscae aetatis Saxones grauissimis bellis cum aliis gentibus, nominatim Thuringis, Francis, Suecis, aliisque essent implicati: cum Bauaris tamen nunquam in gratiam redierunt. Et quam bene iam dudum Bauari de Saxonibus fenserint, vel vnius IO. AVENTINI, ciuibus suis alias addicissimi, testimonio adparet, qui, *Saxones*, inquit, *pacis ac pietatis amore practer ceteros Germanos egregie sunt insignes* (b). Et quum aliquando duces Saxoniae et Bauariae de principatu dubii atque incerti essent, ne discordia oriatur, paciscebantur, vt in comitiis, votis & sessione per vices primum locum tenerent (c). Quae animorum consensio tantum abest, vt postero tempore exspirauerit, vt potius nouis fulcris confirmata sit, accessoribus aucta, et omni cura, conseruata. Ottonem enim, Saxoniae ducem anno MLXII. Bauarie ducatum obtinuisse, annales docent. Et quum apud Saxones stirps Billungana exoleuisset, Imperator Lotharius genero suo, Henrico Superbo, Bauariae duci, Saxonie ducatum anno MCXXXVI. adsignabat (d): licet hic parta haud diu tuetur, quippe qui duos post annos ab Imperatore Conrado III., cuius in

) ( 2

ad.

(a) in Noua Saxoniae Historia p. 77.

Zwanzig in Theatro Praecedentiae P. II. p. 145.

Slau. L. I. c. 35.

(b) Annal. Boi, L. IV. c. 6.

(c) Zach.

Helmold, Chron.

adfectando imperio aemulus fuerat, proscriptus, cum ceterarum provinciarum, tum etiam Saxoniae possessione excidebat. Neque tamen, his rebus gestis, illi studio mutuo quicquam detractum fuit, quo utraque domus serenissima se se inuicem deuinxit, & Bauaris & Saxonibus id semper agentibus, ut sarta atque testa inter eos amicitia conseruaretur.

Hunc scopum illa etiam connubia praefixum habent, quae hoc anno vtriusque familie iam commemoratae principes inter perpetuos ciuium plausus et religiosissima vota consociauerunt. Quae quidem tanto auspiciatoria nos existimamus, quanto plura & luculentiora exempla in promptu habemus nuptiarum mutuarum, quarum beneficio Saxonum et Bauarorum mirifice coalit*anicia*.

Nolo nunc ad duces Saxoniae inferioris excurrere, eosque in argumenti huius subsidium, veluti testes, excitare. Alias docerem, Henricum IX. ducem Bauariae in matrimonio habuisse Wulphildam, duce Saxoniae, Magno, vltimo stirpis Billunganae, prognatam (f): Henricum X. Bauariae ducem adferrem, cui Lotharii Saxonis filia, Gertrudis, nupsit (g): Henrici Aucupis filium, Henricum I. in scenam producerem, qui Juttam duxit vxorem, Bauaram, Arnolpho Malo procreatam: et Ottonem adderem, ducem Saxoniae ad Visurgim, qui Cunizam principem Bauaricam, matrimonio adsicuit.

Neque ad Saxoniam stricte sic dictam Saxonici Palatinatus pertinere comites videntur. Ex quorum numero Fridericus, ille Thuringiae comes prouincialis, qui ab Imperatore Friderico I. Saxoniae Palatinatum acceperat (h), Mathildin, ex stirpe Bauarica, uxorem duxerat (i). Comitis vero Henrici filia natu maior, Agnes, Bauariae ducem, Ottонem, habuit maritum. Fridericus II. anno MLXXXVIII, defunctus, Heidwigin, Bauariae principem, in connubium adlegit (k): et Hermannus, Landgrauia Thuringiae, itemque Comes Palat. Sax., Sophiam, Ottonis Bauari filiam, coniugii sociam habuit (l).

His missis, ea nunc exempla circumspicimus, quae propius illud stem-

---

(f) Cranzus in Saxon. L IV. c 16. (g) Aventin. L. II. p. 364. (h) Glasey in Kern der Geschichte des Hausses Sachsen. p. 804. & Griebnerus in Diff. de Com. Palat. Sax. (i) Melbom Rer. Germ. T. III. p. 248. (k) Melbom. I. c. p. 253. (l) I. G. Horni. Henr. Illustr. p. 68.

stemma contingunt, ex quo Serenissima, quae hodie floret, domus Saxonica Eleitoralis origines suas traxit. THEODORICVS, Sapiens cognominatus, anno MCCLXXXIII, ex Helena vxore filium suscep-  
rat; Fridericum, cui balbutiens lingua Tatta, vel Balbi, nomen fecerat,  
et cui nostra etiam Freiberga (si fides habenda HOENNIO (m) et Schlegello (n),) multa beneficia accepta debet. Huius vxorem alii  
quidem Margaretham appellant, alii Helenam, alii Hildegardin. In eo  
tamen fere omnes consentiunt, natione principem Bauaricam eam  
fuisse(o).

Huic ad latus iungendus esse videtur CONRADVS, filius De-  
donis I. Marchionis Misniae et primi Burggrauii, principis in tantum  
laudandi, in quantum virtus laudari meretur (p), qui ADELHEI-  
DAM, Welpho IV. Bauariae duce prognatam, pro coniuge fortitus  
fuit,

Auget hunc numerum Ludovici Bauari filia MECH TILDIS,  
quam Marchio Misniae, FRIDERICV SEVERVS, Admorsi fi-  
lius, coniugem adsecuerat (q), anno MCCCXXXVI, vita defunetam,  
et in coenobio Veteris Cellae sepultam. Cuius monumentum his ver-  
sibus notatum est, quos, quod illius saeculi genium produnt, hoc  
loco repetimus:

Anno milleno, ter C. obiit quadrageno  
Sexto, sub festo Processi, (r) quod memor esto,  
Hic jace prostrata, paupser Saxo grauidata,  
Nobiliter nata, Marchionis venerata  
Coniux et grata, Mechtildis sive vocata,  
Annue, quod fata sua sint, pie Christe, beata!  
Heu! quam nunc angit, quam vulgus flebile plangit;  
Mechtild ingenuam, fac, oro, Christe, beatam!

Omnium vero illustrissimum videtur coniugium, ab ERNESTO,  
commemorabili illo Saxonae electore, cum ELISABETHA, ducis  
Bauarorum, Albrechti III, filia anno MCCCCXXXII. initum. Ipse

): ( 3 ) enim

(m) Insign. Sax (n) Diff. de Cell. Veter p. 50. (o) Reußneri Stemm. Wit-  
tek. p. 34 Henningi Tabul. Geneal. P. II p. 13 Hornius I. c. p. 221 (p) Dirmar.  
Chron. Mersb. L. VI. p. 388 (q) Annal. Vet. Cell. p. 65. ed. Schannat. p.  
85. ed. Struv. p. 150. (r) die 3. Jul. Processi nomine in falsis notato.

enim Fridericus Placidus, Elector, ipsi suorum erat et auctor, ut hic, nouem, cum principe Basara, quae octo annorum erat, despontetur. Cuius coniugii solemnia, duodecim annis interiectis, felicissime peragebantur, sponsa decem milia florenorum dotis loco secum adferente(s). Huius monimentum, ex aere conflatum, et sumptibus Ernesti, ducis Gothani erexit, adhuc Lipsiae, ubi, annos XXXXII, nata debitum naturae persoluerat, in aede Paullina oculis usurpatur, in quo Elisabetha manibus complicatis expressa conspicitur, sinistro brachio insignia Saxonica et Bauarica complexa, his verbis adscriptis: *Anno Dni. MCCCCXXXIV. am Freitag nach Ego mibi zu Mitternacht verschied die Hochgebohrne Fürstin, Frau Elisabeth, geborn von Bayern, Herzogin zu Sachsen, Landgravin zu Doringen und Marggravin zu Meissen. Der Gott gnaedig sey. Amen.* Ex quo connubio longe felicissimo quinque filii et duae filiae procreabantur. Et altera quidem filia, Christina, anno MCCCCLXXVIII, à Dania rege, Johanne, in thalamis consortium cooptabatur; altera, Margaretha, Henrico, medio, Brunsvicensium et Lüneburgensium duci nubebat. Filiorum autem tres in Electores, duo in Archiepiscopos euadabant.

Ex his intelligimus, duas has Serenissimas familias ab antiquissimis temporibus de connectendo et firmando amicitiae vinculo serio cogitasse. Et eventus omnino docuit, bene ac sapienter eas ita cogitasse. Neque dubium est, Potentissimum nostrum Regem et Serenissimum Electorem, AVGVSTVM FRIDERICVM, Patrem Patriae exoptatissimum, in oculis exempla jam commemorata habuisse, quem auctor esset filio-principi, et heredi Electoratus Saxonico, ut ad Bauaricam principem adplicaret animum, coniugium initurus. Quae quidem propensione adeo captus et delectatus fuit Elector Bauariae Serenissimus, ut mutua voluntate adductus, Serenissimam AVGVSTI nostri filiam coniugem sibi expereret, et vitae sociam designaret. Quae admirabilis coniunctio quo arctior est atque sanctior, eo pluribus votis omnes boni ciues eandem prosequuntur.

Et quia Freibergam in itinere transiens vtraque sponsa sua praesentia dignata fuit, eosque, qui testificandi obsequii causa aduolabant, gratiore exceptit, eadem fere fabula, mutatis tantummodo personis in

---

(s) Mulleri Annal. Sax. p. 27. et 33.

in scenam denuo produci visa nobis est, quae olim ab AVGUSTO,  
Electore Saxonie, et Albrechto, Bauariae duce, hac in vrbe acta fuit.  
Vbi nempe Augustus auduerat, ducem Bauariae cum vxore et filiis  
iter ad se inuisendum suscepisse, obuiam ei procedere et in via amice  
excipere eundem, constituebat. Freibergam igitur designabat, vbi  
hospiates gratissimos operiretur, pie recordans, sese olim hoc loco lu-  
cem vitalem adspexit, in cuius rei memoriam etiam arcem Freiber-  
gensem belle reconcinnandam, vel potius a fundamentis restaurandam  
curauerat (t). Huc itaque ann. MDLXXV. d. XVI. Jul. accedebat cum  
coniuge electorali, multis aulae proceribus et equitibus stipatus.  
Quem cum Bauaro ingredientem ciues mille et trecenti bene ornati  
atque armati, et per plateas dispositi, itemque metallorum fodinis  
servientes, ter explosis sclopeticis, salutabant. Postero die Augustus Bau-  
arum venatum in proximam syluam deducebat. Die vero XIX. eius-  
dem mensis Dresdam eum cum suis comitabatur (u), vbi maximo cum  
adparatu et prolixissima voluntatis significatione Bauarus excipieba-  
tur, (calendis Augusti vero demum discedebat (w).)

Ex quibus adparet, quantam tunc laetitiam Saxonum animis in-  
spirauerit mutua summorum horum principum amicitia. Multo  
autem vehementior gaudii sensus nos procul dubio adfecit, quam nu-  
per vidimus Serenissimum reg. Pol. Elect. Sax. FRIDERICVM cum  
sua sponsa, ANTONIA, imperatoria et electoralii Bauariae principe  
nostram vrbum transire, et vicissim, paucis diebus intermissis, MA-  
RIAM, regiam Pol. Elect. principem, ad Iponsum, MAXIMILIA-  
NVM, Electorem Bauariae Serenissimum, proficisci. Quod publicum  
gaudii argumentum quemadmodum nos eo tempore ad deuotissimas  
preces, pro salute vtriusque illustrissimae domus faciendas merito ex-  
citavit, ita nihil magis in votis habemus, quam ut Deus immortalis  
rata esse sinat, quae consociavimus vota.

Nunc vero, vbi feliciter paraacta sunt Sollemnia nuptialis, gratu-  
lando partes nostras exequi, ab offici nostri ratione non duximus alienum.  
Et eo quidem consilio quinque optimae notae alumni neque  
voluntatem neque facultatem dicendi sibi desse, significaturi, cras ho-  
ra

---

(t) Andr. Moller's Theatr. Freiberg. P. I. p. 43. (u) Mollerus I. c. p. 321. (w) Vveckis  
Chron. Dresd. p. 387.

ra ante meridiem nona constituerunt, vires suas experiri, et fausta  
quaedam notis coniugibus comprecari. Suggestum igitur primo loco  
concedet.

ERN. AVG. BUSCHMANN,  
*Waldheim.*

Oda Germanica, ad quam naturam natus est fautricem, demonstratus, principi-  
bus conuenire matrimonium incundum ex mandato diuino. Succedit

CAR. GODOFR. GLAESER, + Lipsiae 1756.  
*Gelenau.*

Carmine Latino, eoque heroico, cuius studio ducitur, exponet, ipsa conscientia prin-  
cipes ad coniugium permoueri. Quem excipiet

CHRISTLIEB, ADOLPH LIEBE, + Lipsiae 1766.  
*Freiberg.*  
*Advocatus Freib.*

Parentis de republ. Freib. optime merentis optimus filius, Italo sermone, quem  
cum Gallico felicissime adhuc copulat et scite calleth, principes necessitate ad con-  
iugium persuaderi, docebit. Sequeatur


SAM. GOTTLÖB HÄBERLAND,  
*Oederanus.*

Prorsa oratione Latina, quam diligenter excolit, emolumenta ostensurus, quae ad  
coniugium principes mutant. Tandem

BENI. FRIDR. KOEHLER, + Gorlitz in Niedersachsen 1792  
*Doebelens.*

Lingua Gallica, cui feliciter seruit, quintam contrahendi a principibus matrimonii  
causam, honestam nempe voluptatem, in medium adseret.

Vos Mecenates et Scholae nostrae Fautores, et quicquid apud  
nos litteras et colit, et ornat, vos, inquam, pluribus inuitarem, nisi  
certum et exploratum haberem, obsequii, Regis atque Electoralibus  
solemnibus debiti, officium à Vobis sponte parari, cui nemo, Saxon-  
iae et Bauaricae felicitatis amans, pietatis suae studio et publica sub-  
iectissimi cultus professione velit deesse. Dab. FREIBERGAE, V. Cal.  
Sextil, A. R. S. MDCCXXXVII.



Yb 627  
(1/80)







MVTVA

SERENISS. FAMIL. ELECTORAL.

# SAXONICAE ET BAVARICAE CONNVBIA

ANNO MDCC XXXVII.

DRESDAE ET MONACHII  
AVSPICATO PERACTA  
PIETATE ATQVE OBSEQVIO

PROSEQVNNTVR

MVSAE FREIBERGENSES.

INTERPRETE

M. IO. GOTTLIEB BIDERMANNO.

---

CHEMNICII,  
LITTERIS STOESSELIANIS.

II.